



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

Decreta Et Statuta Serenissimi Ac Reverendissimi Principis ac Domini
Maximiliani Henrici, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459



DECRETA ET STATUTA

SERENISSIMI AC REVERENDISSIMI
Principis ac Domini

D. MAXIMILIANI
HENRICI

ARCHIEPISCOPI ET PRINCIPIS
Electoris Coloniensis, &c.

DE PROCESSIONIBVS, REPRÆSENTA-
tionibus, Choreis & Spectaculis Scenicis.

MAXIMILIANVS HENRICVS DEI
& Apostolica sedis gratia electus & Confirma-
tus sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus,
Sacri Romani Imperii Princeps Elector, & per
Italiam Archicancellarius: eiusdem Apostolicæ
sedis Legatus natus: Episcopus & Princeps Hil-
desiensis, & Leodiensis: Administrator Berchtes-
gadenfis: Vtriusque Bavariæ, nec non superioris
Palatinatûs, VVestphaliæ, Angariæ, & Bulloniæ
Dux: Comes Palatinus Rheni, Landtgravius
Leuchtenbergensis, Marchio Franchimonten-
sis, &c. Venerabili Clero, & universis ac singulis
Christi-fidelibus Civitatis & Archidiœcesis
Nostræ Coloniensis salutem in Do-
mino sempiternam.

CAPUT I.

§. I. **S**acræ & religiosæ Processiones, cum
nihil aliud quàm supplicantis cætus
sacro cum Ritu & Cæremonia am-
bulationes, tam in Veteris quàm no-
væ legis

*Sanctitas
Processionum
ac statio-
num*

2 *Decreta & Statuta Maximiliani Henrici*

væ legis institutis fundatæ sint, supplicationes, & à præcipua, quæ in earum quibusdam adhibetur, Cæremonia, Theophoria, Litania, vel Staurophoria, dici solent; supplicationes ab humili demissoque procedentium habitu, corporis demissionis internæ indice; Theophoria à Sanctissima Eucharistia; Staurophoria, à Sanctæ Crucis signo, vel Dominicæ Passionis instrumentis deportatis; Litania, à Sanctis invocatis nominatur. His accedit subinde Stratio, cum inter procedendum certo loco ad solennem aliquam Cæremoniam procedentium mentes varietate quadam sacra excitantur, ne continuâ ambulatione fessi obtorpescant. Hæc nomina æquè acres per ipsa significatas ex antiquissimo Sanctorum Patrum instituto Catholica suscepit Ecclesia, vel ad inflammandam fidelium in pœnitentiæ operibus pietatem, vel ad commemoranda Dei beneficia, ei-que gratias agendas, vel ad Divinum auxilium implorandum; ideoque uti consuevit, & quæ par est reverentia ac pietate celebrari debent; continent enim magna ac divina mysteria, & salutare Christianæ pietatis fructus, quos eas piè exequentes à Deo consequuntur, de quibus fideles præmonere & erudire, quo tempore magis opportunum fuerit, Parochorum, Vice-Parochorum, Concionatorum, & Catechistarum est officium. Qui licet omnibus hominibus in genere Sanctitatem Processionum suadere possint, speciatim tamen memores erunt modestiæ ac verecundiæ humanæ, neque Virgines ad eas, nisi intra Civitatem suam, nunquam certè ad remotiores, ob pericula, invitabunt, monente tum prudentium usu, tum S. Hieronymo scribente Virgini; *Rarus, inquit, sit egressus in publicum. Martyres tibi quarantur*

Archiepiscopi Coloniensis De Processionibus. 3


in cubiculo tuo. Nunquam deerit causa procedendi, si semper, quando necesse est, processura sis.

Ceremon. Episc. lib. 2. cap. 32. Rituale Rom. tit. de Processionibus §. Publica, & c. S. Hieronymus ad Eustach. de Custod. Virgin.

§. 2. Processiones duplices sunt, alteræ statæ seu ordinariæ, alteræ imperatæ seu extraordinariæ, Prioris generis certis fixisq; diebus per anni circulum in festo Purificationis Beatissimæ Mariæ semper Virginis, Dominica Palmarum, in festo S. Marci, quæ Litaniæ majores vocantur, ac triduo ante Ascensionem Domini, quæ Litaniæ minores & rogationes nuncupantur, nec non festo SS Corporis Christi, vel aliis diebus pro consuetudine particularium Ecclesiarum, etiam Regularium Ordinum hæcenus toleratæ seu permissæ, quæ nullo Ordinario Diocesano contradicente obeuntur.

e. quando ubi gloss. verb. ad Litanias. dist. 38. c. Rogationes de consecrat. dist. 3. Ceremon. Episc. lib. 2. cap. 32 & 33. Rituale Rom. loco citato §. Processiones autem quedam & c. & quedam verò, & c. Concil. Provinc. Colon. sub Herman. §. Archiepisc. part. 9. cap. 7. & 2. pag. 390.

§. 3. Posterioris generis sunt illæ, quæ ratione obortæ necessitatis ad placandum Deum, vel ad divinam opem implorandam, vel in gratiarum actionem, jussu seu decreto Ordinarii Diocesani indicuntur. Non verò illæ, quæ absque certa scientia & consensu Ordinarii Diocesani ab aliquo Parocho, Vice-Parocho, vel Ordine regulari, seu superiore Ordinis talis, quovis pietatis colore, instituuntur, uti amplius infra declarabitur.

§. 4. Cum igitur Episcopi Diocesani sit indicare, quando, quò, & quâ, tam Ordinariæ quàm Extraordinariæ Processiones institui,  dirigi,

Ea sunt ordinariæ.

Vel extraordinariæ.

Potestas in procedendi & Ordinariæ & Extraordinariæ.

dirigi,

ni Henrici

pplicationes, quosdam adhibere, Litanias, vel Processiones ab habitu, corpore, Theophoria, & Processione, à Sanctis insubinde statuto loco ad processiones recitantur, ne peccant. Hæc processiones ex antiquo instituto Cathedralium inflammationibus pietatibus beneficia, etiam auxilium evit, & quarari debent, & mysteria, & ritus, quos easur, de quibus quo tempore horum, Vice-Catechistibus hominibus processionum suamores erunt, neque Virginitatem suam, nuncupatione, in vitium usu, cum S. Karus, inquit, ubi quarantur in 616

4 *Decreta & Statuta Maximiliani Henrici*

dirigi, quasvè ad Ecclesias nominatim perducì debeant. Laicis autem quibuscunque etiam jure civili Processiones publicas sine Ordinarii Diocesani licentia & consensu imperare sit interdictum. Nos sanctionibus Apostolicis, & Sacrae Congregationis Cardinalium declarationibus inhaerentes, omnibus & singulis Civitatis & Archidiocesis Nostrae Abbatibus, Praepositis, Archidiaconis, Decanis, tam Collegialibus, quàm Ruralibus, Pastoribus, Vice-Pastoribus, & quorùcunque Ordinum Provincialibus, Prioribus, Guardianis, & aliis quovis nomine nuncupatis Ecclesiarum seu Ordinum Regularium superioribus, & aliis personis quibuscunque saecularibus ac Regularibus, etiam quovis exemptionis à Diocesi jurisdictione privilegio munitis, severissimis sub poenis arbitrio Nostro imponendis prohibemus, ne illorum quisquam ullam prorsus extraordinariam Processionem, supplicationem, vel Stationem in Archidiocesi Nostrae Urbe, Oppido, Pago vel agro extra suae Ecclesiae seu Monasterii septa, foris; multoque minus Peregrinationem cum Processione, seu Processionem cum Peregrinatione unquam & usquam, sine expressa Nostra, Nostrivè Vicarii in Spiritualibus Generalis Licentia, instituere seu obire audeat.

Declarationes Cardinalium interpretum Concil. Trid. sess. 5. de Regular. cap. 13. Suprà part. 1. tit. 4. cap. 1. §. 4.

*Necessitas
comparandi
in eo.*

§. 5. Contra sciant omnes praedicti, quantumvis exempti, tam Clerici saeculares in Civitate vel Archidiocesi Nostra, qui beneficiis, seu officiis Ecclesiasticis gaudent, quàm Regulares quicunque, etiam Monachi, Sacerdotes quoque, qui Ecclesis Religionis Ordinis
S. Joan-

Archiepiscopi Colonienfis De Processionibus. 5

S. Joannis Hierosolymitani inserviunt, se ad
Publicas Processiones ordinarias vel extraor-
dinarias ex quacunque causa, Ordinaria No-
stra auctoritate Archiepiscopali indictas, vo-
catos, accedere debere; & contumaces jussu
Nostro pœnis arbitrariis, aliisque Juris reme-
diis, quod vocati comparere detrectent, puni-
ri posse; iis tantum exceptis, qui septis suis
arctius clausi perpetuò vivunt; vel quos sedes
Apostolica excipit, qui que ultra medium mil-
liare Italicum à Civitate seu loco Processionis
absunt: hi enim ad Processiones quascunque
minimè sunt compellendi, juxta Concilii Tri-
dentini Decretum, ac desuper editas sacræ
Congregationis Cardinalium declarationes.

Concil. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 13.

C A P U T II.

§. 1. **I**nsuper quàm enixè à decessoribus No-
stris Archiepiscopis Colonienfis labo-
ratum fuerit, ut sacræ Processiones, Supplica-
tiones, & Stationes, juxta pium sanctæ Marris
Ecclesiæ Catholicæ institutum & mentem, *ho-
nestè & secundum ordinem fierent*; atquè ab eis
quidquid leve, perulans, lascivum, & enormi-
bus persæpè flagitiis obnoxium erat, omninò
amoveretur, quivis ex iis, quæ in Provinciali-
bus, Diæcesanisque Conciliis, & diversis aliis
Constitutionibus Archiepiscopalibus editis,
salubriter statuta sunt, abundè potest cognos-
cere; quæ proindè hic summam excepta, nec
exemplarium defectus, vel reperiendi igno-
rantia quenquam excuset, inferemus.

1. Cor. 14. 40

§. 2. De iis itaque extat comprimis Concilii
Provincialis Colonienfis sub Hermanno V.

*Honestus & 1
Ordo r. r. e. g.
sionum in
Comuni.*

*Earum dñi
positio ex
Colonienfi
bus Conciliis.*

6 *Decreta & Statuta Maximiliani Henrici*

anno millesimo quingentesimo trigesimo sexto, habiti, his comprehensa verbis sanctorum
Quod Processiones, inquit, per agros & campos peraguntur, rationem quidem habet, nempe, quod populus oret, ut segetes ac fruges terra à Domino conserventur. Verùm ut alia plurima, ita & hic nos hominum malitia depravatus est, qui per occasionem talis deambulationis, qua Deo placando erat instituta, pleraque scelera committantur. Quamobrem Nobis satius videtur, ut hæc, alisque Supplicationes, ac processiones, de cætero intra septa Ecclesiarum religiosè fiant, ac ut in Templo, loco precationibus peculiaritèr dedicato, oretur Deus, habeaturque tum pius, tum rei, ac tempori conveniens ad populum commonitorius sermo. Quæ cum quibusdam prudentibus quiddam Reformationis, vel deformationis potius tunc in Germania perversè colore verbi divini à Lutheranis attentata, & circumstrepentis redoleant; sanum tamen sensum non excludunt, si Processionum ritus non dampnetur, & malis moribus sublatis, usus bonus servetur.

Conc. Prov. Colon. sub Hermanno, 5 part. 9. cap. 7 pag. 390. & cap. 8. pag. 391. Infra hoc tit. cap. 5. §. 2. Infra hoc ca. §. 4. 5. 6. & seq. Rituale Rom. tit. de process. §. edendas bibendi, &c.

Abusus, & si quid in Processionibus indecorum vitetur.

§. 3. Hoc sensu Catholico, hanc Concilii Sanctionem in usum revocamus, & severissimè mandamus, ut ubi tanquam Zizania triticum, sic abusus probos ritus obruerunt, ut non videatur ager Dominicus posse ab offendiculis repurgari, ejusmodi Processiones, in absinthium offendiculorum conversæ, omittantur, & loco depravati moris intra Templi, Cæmeterii, aut vicini tractus spatia, aut certè Civitatis seu Oppidi seu Pagi septa brevissimo circuitu contineantur: ne vel minima ullis com-
estis

Archiepiscopi Coloniensis De Processionibus 7

effationibus, potationibus, aliisque insolentibus, lasciviis & iniquitatibus occasio præbeatur. Veruntamen omnes & singulos Parochos, Vice-Parochos, & Ecclesiarum superiores serio admonemus, ut sint prudētes vel in talibus abrogandis, cum offendicula adverterint ordinaria evenire, vel retinendis, si magnis & multis abusibus possint occurrere.

§. 4. Eam rem & Concilium Provinciale sub Nostro decessore Adolpho III. Archiepiscopo Coloniensi anno millesimo, quingentesimo, quadragesimo nono celebratum accuratius persequens, hæc, quæ sequuntur, constituit.

§. 5. Nihil propè, inquit, tam sanctum est, quod secularium hominum vanitas non trahat in abusum: Ecclesia de thesauro Corporis Christi exultans, circumfert longis Processionibus etiam extrasacras aedes Hostiam illam salutarem, videlicet simul representans itineris Christi historiam, qui dum quæreret salutem nostram, in medio populi versatus est, & universam Iudæam circumambulavit docens, & egrotos sanans, discipulis comitantibus: quamobrem & Sanctorum Reliquias & Imagines eorum, qui vestigia eius secuti sunt, simul circumferimus, significantes illos nunc cum ipso regnare & triumphare in cælis; qua memoria debet pijs esse jucunda & læta.

Concil. Provinc. Colon. sub Adolpho 3. cap. nihil prope tam sanctum pag. 4. r. & seq.

§. 6. Verum huc secularis Stultorum hominum vanitas irrepsit, & adhibentur etiam Ludæi profani & scurriles magno strepitu, ac quasi ad bellum procedendum esset, tympana pulsantur, & otiosa spectacula eduntur, rebus istis non congruentia; quibus populus delectatus, à rebus, quæ Processione aguntur, avocatur.

infra hoc tit. cap. 8. §. 2. 3. & 4.

A 4

§. 7. M...

Sublati ad
Adolpho 3o
Archiepiscopo
Coloniensi

ani Henrici

trigesimo sex-
erbis sanctior
gros & campos
nempe, quod
erra à Domino
imā, ita & hic
est, qui per oc-
Deo placando
mittantur.
ut hæc, aliaque
ero intra septa
Templo, loco
oretur Deus,
tempori con-
fermo. Quæ
ddam Refor-
rius tunc in
divini à Lu-
pentis redo-
cludunt, si
ir, & malis
erur.

cap. 7 pag. 390.
Infra hoc ca.
§. edenda et

anc Concilii
severissime
ia triticum,
ut non vi-
offendiculis
in absyn-
mittantur,
oli, Cœmi-
certè Civi-
vissimo cir-
ullis eom-
esla

§. Decreta & Statuta Maximiliani Henrici

§. 7. Mandamus idcirco, ut quicquid non valet ad devotionem excitandam à Processionibus removeatur.

§. 8. Sed sint Processiones compositæ, graves & modestæ; absint risus, joci & confabulationes, & orent homines, aut suaviter corde & uoce modulentur.

§. 9. Nec beatæ Virginis, aut alterius cuiuslibet Sancti plures. quàm Imago una uniuscujusque circumferatur.

Infrapart. 1. tit. 10. cap. 2. §. 3.

§. 10. At ubi populus uanus noluerit abusum hunc corrigere, & insolentiam prohibere, mandamus & precipimus Sacerdotibus & Clero, ne talibus Processionibus intersint, ubi iram Dei, non uerò misericordiam in nos provocamus.

§. 11. Præmissa Nos omnia volumus ubiuis locorum Civitatis & Archidicæcesis Nostræ Coloniensis à quibusuis quarumcunque Ecclesiarum seu Sæcularium seu Regularium, quantumvis exemptarum, Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Decanis, tam Collegialibus, quàm Ruralibus, Pastoribus, Vice-Pastoribus, aliisque Superioribus, etiam Custodibus & Aedituis, sub in deprecabili à Nobis arbitraria pœna infligenda, exactissimè observari, ita ut in nullis Processionibus, Supplicationibus, & Stationibus, plures unquam, quàm una, etiam Deiparæ Virginis, vel alterius Sancti Statua & Imago deponetur, nisi fortè Sodalitia plura contingat esse, quæ sub diverso ejusdem Sancti titulo, uti Beatæ Mariæ Conceptæ, Annunciatae, Assumptæ sunt instituta, in his enim ut ejusdem Sancti Imago, vel Vexillum sæpius circumferatur, præsertim si historicam differentiam Imagines ipsæ præferant, potest tolerari.

§. 12. Additum est in eodem sub Adolpho III. Archiepiscopo Concilio, ut Visitatores inter cætera, pro Ecclesiarum & locorum diversitate, indaganda expressè inquirant. Vt supra

§. 13. An in deportatione Venerabilis Sacramenti, quidquid ad veram devotionem excitandam parum valet, removeatur?

§. 14. An unius Sancti plures, quàm una, Imagines ad excitandam Sancti beatam & utilem memoriam, in ejusmodi Processionibus circumferantur: præsertim indigna Sanctis, veluti ad sacellum magis, quàm ad Sanctorum representationem effigiata ac compta

Statuta Adolphi 3. tit. qua in Ecclesijs Cathedral & Collegiat inquiri debeant pag. 481. col. 1. in fin. & col. 2. in princ.

§. 15. An in Processionibus, Stationibus & Supplicationibus publicis omnes, qui intersunt Clerici, devotè orent, & cum gravitate religiosè & suppliciter cantando incedant, & finita Supplicatione eò, unde processerunt, revertantur, non curiosè interim circumspectantes, nec vacantes profanis colloquiis, nec ad jentacula, seu potationes dilabentes, vel aliò deambulantes?

Suprà hoc tit. cap. 2. §. 2. 3. 4. 5. 6. & seq. Statuta Adolphi 3. tit. qua à Decanis inquiri debeant pag. 486. col. 1. in princ.

§. 16. An curent etiam quando in solennibus festivitatibus circumferenda est hostia illa Salutaris, quòd tum omnes Ludi profani, & quidquid non valet ad veram devotionem excitandam, removeatur. Imprimis quòd non pulsentur tympana, absint risus, ioci, confabulationes, populus autem oret: & quòd unius tantùm Sancti, non plures quàm una Imago circumferatur: Nec vagando per agros discurrant, præsertim Rogationum tempore.

*Pœna delin-
quentium*

§. 17. Quæ item ab omnibus & singulis Ci-
uitatis & Archidiœcesis Nostræ Coloniensis
Visitatoribus, Commissarijs, & Decanis Ru-
ralibus Nostris quam diligentissimè investi-
gari; etsi uspiam tales abusus repperint, gra-
viter in delinquentes, & ita delinquentibus
consentientes, jubemus animadverti.

C A P V T III.

*Processiones
contrahenda
intra bre-
uiorem via-
rum cir-
cumscriptionem*

§. 1. CÆterum cum saluberrimis tam præ-
dictorum Provincialium & Diœce-
sanorum Conciliorum, quàm varijs fel. res.
Ferdinandi decessoris & patris Nostris Archie-
piscopi Coloniensis decretis de contrahenda
Processionum, Supplicationum, & Stationum
circuitione, aliisque damnatis ejusmodi offen-
diculis, & abusibus, multis in locis nondum fu-
erit paritum, ipsa tamen Augustissimi Sacra-
menti Eucharistiæ præsentia & acatholicorum
super ejusmodi excessibus exhibitio, ab-
olitionem eorundem efflagitet.

*Ut quævis in-
cis deformi-
tas abolenda*

§. 2. Hinc Pastoribus, Vice-Pastoribus sub
certa trecentorum florenorum aureorum Rhe-
nensium locis pijs applicandorum, aliq; arbi-
traria pœna præcipimus, ne quis eorum aut
aliorum Ecclesiasticorum, Processionibus,
Supplicationibus, & Stationibus, per agros seu
campos ad aliquod milliaria institutis, & mul-
tis horis durantibus, vel ad quas populus non
tam orandi quàm spectandi gratiâ confluit, vel
in quibus quasi ad speciem bellici apparatus
sympana pulsari, vel aliqua insolentia & ab-
usus à Nobis seu decessoribus Nostris Archi-
episcopis Coloniensibus speciatim damnati,
committi, vel quædam inepta ac lasciva mis-
eri solent, interesse audeat, multo que minus

Archiepiscopi Coloniensis De Processionibus

Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum
iisdem per se, vel alios deportent, ne, uti su-
prà dictum est, Dei potius in nos ira, quàm mi-
sericordia provocetur, & dies Iubili in Luctum
& mœrorem, sicut, dum Arca prostrato subita
morte Oza deportaretur, factum scimus, con-
vertatur.

§. 3. Præterea non tam pia, quàm damnata
consuetudine, & superstitione introductum
censetur, quod aliquibus in locis puellæ nubi-
les, aliæve mulieres in Processionibus, Sup-
plicationibus, Stationibus, Crucem, Vexil-
lum, sacras Reliquias, Sanctorum Imagines
vel Statuas, aut proximè ante SS. Eucharistiæ
Sacramentum, tædas gestent, ut adoptato Con-
nubio & Matrimonio poriantur. Vnde nimia
plerumque in Comestationes, comporationes,
tripudia, oscula, & alios actus libidinosos ori-
tur profusio; quibus illecebris pronæ ad Las-
civiam puellæ ad nefanda facinora perducun-
tur. Nos pro Archiepiscopalis Nostri mune-
ris debito, tantis dehinc malis occursuri sub-
pœnis suspensionis à beneficio & officio, alijs-
que gravioribus pro modo culpæ & offendi-
culi arbitrio Nostro infligendis, prohibemus
omnibus ac singulis Civitatis & Archidiœce-
sis Nostre Abbatibus, Præpositis, Archidia-
conis, Decanis tam Collegialibus, quàm Rura-
libus, Pastoribus, Vice-Pastoribus, alijsque
quarumcunque Ecclesiarum Superioribus,
Custodibus, & Aedituis, Officiantibus, & Mi-
nistris, ne impostero cujuscunque Processi-
onis vel Supplicationis Crucem vel Vexillum,
nec unquam sacras Reliquias, aut Sanctorum
Imagines, seu Statuas, in quibusvis Processio-
nibus, Supplicationibus, vel Stationibus ab
ullis cujuscunque Status, gradus & conditio-

*Alij abusum
à Ferdinan-
do Archiep-
iscopo Coloni-
ensi antea
quasi*

12 *Decreta & Statuta Maximiliani Henrici*

nis puellis aut fœminis, adhibito etiam contra inobedientes & refractarias brachij Secularis, si opus fuerit, auxilio, deferri permittant, sed quò major sacris ejuscemodi rebus accedat veneratio juxta decessoris Nostri fel. mem. Ferdinandi Archiepiscopi decreta, ac Nostra Statuta de Reliquijs Sanctorum; de Imaginibus sacris, nec non de Ordine Solennis Supplicationis typis respectivè vulgata, à Clericis sacris initiatis ac linteatis, & aliis Ecclesiasticis vestimentis indutis (quoad ejus fieri potest) vel saltem, ubi Tumbarum seu Statuarum moles gravior robustiores bajulos exegerit, à pijs honestisq; viris Sæcularibus, palliatis tamen & detectis capitibus, omni reverentia & pietate, præcedentibus duobus cum aceris, qui thus continuò, versus sacras Reliquias adoleant, nec non rædiferis saltem duobus latus utrumquè stîpantibus, quàm decentissimè current circumferendas: quos bajulos, honestè & decenter vestiti adolescentes, qui fulcra Tumbis seu Statuis supponenda portant, commitentur.

*Tituli in
Processioni-
bus deferen-
di.*

Infrapart. hæc prima tit. 9. ac 10.

§. 4. Singulas Tumbas pro notitia pignorum sacrorum & excitanda pietate, puer Angelico Schemate, vel certè Ephœbi honorarij habitu anteibit cum inscriptione nominis, & si haberi possit, cum insignibus istius Sancti, ejus Exuviæ deportantur. Sodales quoque ejusdem Sancti, si qui sint, aut alij ejus Clientes, vel ejus cultus augendi studiosi viri tædis accensis tumbam ambibunt. Duo minimum Canonici vel Vicarij Superpelliceis seu Albis & Pluvialibus induti, pijsque Orationibus & precibus intenti sacras, quisque Ecclesiæ suæ Reliquias proximè subsequenter.

§. 11.

§. 5. Insuper quia piè introducta consuetudo representandi populo Sanctissimam Christi Domini Passionem, gloriosa Martyrum certamina, aliorumque Sanctorum res præclare gestas, hac hominum perversitate eò deducta est, ut multis offensionibus, multis etiam risui atque despectui sit: ideò prohibemus, ne in quibuscunque sacris Processionibus, vel Supplicationibus, vel Stationibus impostero ullæ Sanctorum aut Sacrarum historiarum, ne ipsius quidem Christi Salvatoris nati vel passi à personatis adolescentibus, aut alijs representationes fiant, vel quidquam, quod possit intuentium animos, ab eo, quod in Processione, vel Supplicatione potissimum intenditur, ad se rapere, sed potius ea mysteria à Concionatoribus ex Cathedra gravi sermone, rudi populo explicentur; vel Imaginum decorè pictarum & non sordidarum, aut imperita manu factarum ad viam expositione adumbrentur, non verò, ut dictum est, vivarum personarum introductione, quæ Christi & Sanctorum gesta nunquam ita expresserint, quin sancta vilescant.

Repra-
sentationibus
abstinen-
dum.

Cærem. Episc. lib. 1. cap. 32. & 33.

C A P U T IV.

§. 1. **T** Ametsi pium & laudabile sit, ut in communibus Processionibus, Supplicationibus, ac Stationibus deportentur Sanctorum, si quæ in Ecclesijs habeantur Reliquiæ, vel sola Imago Divi loci Tutelatis, in eis tamen Processionibus vel Supplicationibus, ubi Sanctissimum Sacramentum circumfertur, nullæ meritorum Sanctorum vel Reliquiæ, vel Imagines, vel Statuæ juxta S. Caroli Borromæi

De Statuis
& hierothe-
cis alijs à
Theophoria
excludendis.

præ-

præscriptum, nisi pia multorum locorum consuetudo, aliud postulet, deportentur, de qua tamen consuetudine integrum erit Nobis Nostrove in Spiritualibus Vicario Generali seu Decanis Ruralibus cognoscere, an cum pietate vera, an persuasa consistat. Simpliciter verò nunquam & nusquam Capsulæ seu Tumbæ quantumcunque prætiosæ, in quibus vel nulla sunt, vel non approbatæ Sacræ Reliquiæ, venerationis causâ, in Processionibus, vel Supplicationibus deferantur, aut Stationibus proponantur, vel in Ecclesijs ipsis populo exhibeantur.

Caremon. Episc. lib. 2. cap. 32. Acta Ecclesiæ Mediolan. lib. 2. tit. de Sanctissimo Sacramento processionaliter deferendo n. 3. pag. 126. c. 1. de Reliq. venerat. Con. Trid. Sess. 25. decreto de Sanct. Reliq. venerat.

*Theophonia
varò insti.
mendis.*

§. 2 Sanctissimum utique Eucharistiæ Sacramentum piè & utiliter ad populi pietatem interdum in publicis Processionibus ac Supplicationibus, potissimum verò in festo sacro Christi Corpori propriè consecrato, & per ejus Octavam defertur: sed ne nimia frequentia debitam tanto Sacramento minuat reverentiam rariùs extra prædicta tempora id fiat, & non nisi in arduis causis pacis, aut publicæ necessitatis vel utilitatis seu aliàs de Licentia & Consensu Nostro Nostrove Vicarij in Spiritualibus Generalis, sicut disertè constitutum est à Concilio Provinciali Colonienfi sub Nicolao Cusano S. R. Ecclesiæ Cardinale ac de latere legato, Theoderico Archiepiscopo Colonienfi decessore Nostro his verbis id comprobante. *Ad maiorem, inquit, honorem Sanctissimi Sacramenti statuimus, quod deinceps ipsum Sanctissimum Sacramentum nullatenus visibiliter in quibuscunque Monstrantijs ponatur aut defera-*

Archiepiscopi Coloniensis De Processionibus. 18

ur, nisi in Sanctissimo festo Corporis Christi cum
sua Octava, & extra huiusmodi festum cum sua
Octava, semel in anno, in qualibet Civitate,
aut Oppido, seu Parochia, vel ex singulari indul-
to Ordinarij aut alijs pro pace, vel alia neces-
sitate imminente, ex indispositione Rempublicana
prægravante: & tunc cum summa reverentia at-
que devotione.

Clement. x. de reliq. & venerat. Sanct. Conc. Trid. sess. 13.
de sanct. Eucharist. Sacram. c. 5. & can. 6. Concil. Pro-
vinc. Colon. sub Nicolao Cusano Cardinale pag. 251. §. item
ad maiorem honorem, &c.

§. 3. Insuper ad Processiones Corporis Chri-
sti decorandas, juxta Exemplum eorum, qui
ingressum Dominicum in Jerosolymitanam
urbem ramis & vestibus suis oblatis honora-
runt, omnes viæ & plateæ, per quas Sanctissi-
mum Eucharistiæ Sacramentum portabitur,
mudentur, Arboribus, Ramis, Frondibus,
Floribus, Herbis odoriferis, gramine sternan-
tur, decenter ornamentur, Ecclesiæ, & parietes
viarum tapetibus, auleis & sacris Imaginibus,
non autem profanis aut vanis figuris, seu indi-
gnis ornamentis. Et reliqua singulis Processio-
nibus in Cæremoniâ Episcoporum ac Ritua-
li Romano seu Processionali, seu Pastoralis
ad usum Romanum accommodato præscripta
accuratissimè serventur.

Cæremoniæ Episc. lib. 1. cap. 33.

§. 4. In ordinariis ergò Processionibus sci-
ant incolæ vias sibi esse curandas, in extraor-
dinariis utique, quæ vel tempore, vel viarum
transitu ab aliis differunt, Vicani potissimum
monendi erunt, ut munditiam & ornatum in
plateis suis procurent. Eam verò curam in
Processionibus Parochialibus Ædiles, in ge-
neralibus

Via in eis
ornanda &
mundanda.

Idque ab In-
colis loci in
ordinariis
Processionibus.

Sancti Henrici

locorum con-
ntur, de qua
rit Nobis No-
o Generalissim
an cum pietat
implicite ve-
æ Seu Tumbæ
uibus vel nul-
ræ Reliquiæ,
nibus, vel Sup-
tionibus pro
ppulo exhibe-

ia Mediolan. lib.
onaliter deferen-
on. Trid. Sess. 25.

aristia Sacra-
pietatem in-
s ac Suppli-
n festo sacro
to, & per ejus
requentia de-
reverentiam
fiat, & non
lica necessi-
entia & Con-
spiritualibus
m est à Con-
Nicolao Cu-

e latere lega-
Coloniensi
mprobante.
ntissimi Sa-
s ipsum San-
visibiliter in
aut defera-

neralibus Præfetti dirigendis Processionibus constituti ejusmodi per ministros suos Vicaris denuncient domatim, alio vè meliori modo, ne se excusare possint, si honestatem Christo debitam neglexerint.

Umbella Eucharistica adhibenda.

§. 5. Deputentur item primarii aliquot viri, pro portanda Umbella, sub qua Sacerdos cum Sacro-sancto Eucharistiæ Sacramento, Processionis ritu incedat. Quandounque enim in publicis Processionibus Sacro-sancta Eucharistia circumfertur, id nunquam posthac, nisi sub Umbella fiat, quam honestiores Parochiani deferant, & quam Pastores seu Vice-Pastores in qualibet Ecclesia, ubi deest, expensis Fabricæ, vel ex fidelium oblationibus, quamprimum sibi comparent.

Ceremon. Episc. lib. 2. cap. 33.

Eadem in delato SS. Sacramento ad infirmos, usque suscipienda.

§. 6. Similem honorem, quoties ad infirmos defertur, Sacro-sancto huic Sacramento optemus exhiberi, præsertim in civitatibus, oppidis, & pagis, in quibus frequentior est populus, & ædes sunt viciniore Ecclesiæ Parochiali. Quod ut facilius Pastores & Vice-Pastores exequantur, hortamur ipsos, ut in suis Ecclesiis Sanctissimi Sacramenti Sodalitum, cujus Sodales cæteris in pio hoc obsequio exemplo præluceant, curent erigendum. Quem in finem Quadraginta dierum Indulgentias iis, qui qualibet vice Umbellam detulerint, in Domino elargimur.

C A P U T V.

SS. Eucharistia, Reliquiæ & Statuæ.

§. 1. **M**aximoperè dedecet Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, Sanctorum vè Reliquias, Imagines, aut Statuas in Pio.

iliani Henrici.

Processionibus
ros suos Vicaris
neliori modo, ne
tem Christo de-
riri aliquot viti,
a Sacerdos cum
ramento, Pro-
cunque enim in
sancta Eucharis-
posthac, nisi sub
ores Parochiani
i Vice-Pastores
expensis Fabri-
ous, quam pri-

ries ad infirmos
ramento opta-
vitatibus, oppi-
ntior est popu-
esiae Parochia-
Vice-Pastores
t in suis Eccle-
litium, cujus
quo exemplo
Quem in finem
tias iis, qui
int, in Domi-

Sanctissimum
tum, Sancto-
aut Statuas in
Pro-

Archiepiscopi Coloniensis De Processionibus. 17

Processionibus, aut Supplicationibus à perso-
nis currui vel equis insidentibus circumferri.
Quare ne quid in rerum Sanctissimarum re-
verentiam peccetur, sub trecentorum floreno-
rum aureorum Rhenensium, aliaque graviori
pœna arbitrio Nostro infligenda, prohibemus
omnibus & singulis Civitatis & Archidiœces-
sis Nostræ Abbatibus, Præpositis, Archidia-
conis, Decanis, Pastoribus, Vice-Pastoribus,
aliisque Ecclesiasticis quibuscunque, ne illo-
rum quisquam deinceps in ulla unquam Pro-
cessione, Supplicatione, aut Statione Sacro-
sanctam Eucharistiam, vel Sanctorum Reli-
quias, Imaginem, aut Statuam aliter, quàm pe-
des, nullo autem modo currui vel equo insi-
dens, deportet, seu à quocunque alio deporta-
ri permittat.

§. 2. Ea propter ubicunque tam longi sunt
Processionum, vel Supplicationum circuitus,
seu Stationum distantia, ut Augustissimum
Eucharistiæ Sacramentum, aut Sanctorum
Reliquiæ, Imagines, vel Statuæ commodè à pe-
ditibus nequeant circumferri, vel etiam popu-
li pietas languescat, seu in itinere bibendi occa-
sio præbeatur, eos ita contrahi, ad brevius spa-
tium sub eadem pœna mandamus, ut omnis
offendiculi & reverentiæ minuendæ tollatur
occasio, & viarum longitudine pietatis ardor
minimè refrigescat.

Suprà hoc tit. cap. 2. §. 2. & seq part. 1. tit. 10. cap. 3. §. 1.

C A P U T VI.

§. 1. **M**ultò verò magis Nobis displicent
comestiones, computationes,
tripudia, Choreæ, pulsatis tympanis, quæ occa-
sione

non en-
vel equis
devehendo.

Proinde Via-
rum com-
pendium est
eligendum.

Choreæ
Comesta-
tiones. stre-
pitus profan-

huius & Pro-
cessionibus
eliminanda.

sione festorum Sanctissimi Sacramenti, vel Dedicationis Ecclesiarum Parochialium solent institui; fuerint olim ea testimonia publicae Laetitiae gaudique Spiritualis, ut animo simul & corpore fideles, Davidis exemplo, exultarent in memoriam tantae solennitatis in Civitate & Archidicepsi Nostra Colonienſi quatuor & ultra saeculis, ex speciali divinae Majestatis beneficio institutae, modo tamen ex morum corruptelâ, multis periculis lasciviae & turpitudinis sunt obnoxiae, praesertim illae, in quibus personati vel larvati quidam, mutato sexus habitu, & ad luxuriam & levitatem quomodolibet compositi, Choros ducunt. Quare districtè injungimus, ut omnes & singuli Pastores, Vice-Pastores, Concionatores & Catechistae, Salutaribus suis monitionibus populum generatim à comestationibus, comotationibus, Choreis, tripudiis, tympanorum pulsu consentur avocare: quaecunque verò illis admisceri solent circumstantiae, quae lasciviam, scurrilitatem, & levitatem, vel quodcunque aliud peccatum redoleant, severè prohibeant, & hujus Nostri mandati & prohibitionis contemptores, multis & poenis arbitrariis pro ratione culpae & offendiuli, adhibito, si opus, brachii saecularis auxilio, puniantur; praesertim cum quidam ita his capiantur, ut praeccepti audiendi Sacri obliviscantur.

Personatarum
& spectaculo-
rum apud
Processiones
moderatio.

§.2. Salutare hujusmodi cautelas etiam adhiberi volumus in theatralibus historiis, in Templis & publicis Processionibus, supplicationibus, & Stationibus, occasione similium festivitatum exhiberi solitis, per quas scilicet Christi, Sanctorum, vel aliorum quorumcunque, sive vivorum, sive mortuorum personae, miracula, vel res quomodolibet gestae reprae-

sentantur

ramenti, vel
rochialium so-
testimonia pu-
ualis, ut animo
is exemplo, ex-
solennitatis in
ra Coloniensia
ali divina Ma-
modò tamen ex
culis lascivie &
esertim illæ, in
dam, mutato
evitatem quo-
ucunt. Quare
s & singuli Pa-
natores & Ca-
tionibus popu-
ous, compo-
tympanorum
que verò illis
quæ lasciviam,
el quodcunque
re prohibeant,
ibitionis con-
itrariis pro ra-
bito, si opus,
antur; præfer-
ar, ut præcepti
elas etiam ad-
historiis, in
bus, supplica-
sione similium
er quas scilicet
a quorum eun-
rum personæ,
gestæ repræ-
sentantur

sentantur, quas impostero omninò volumus
abrogari, vel nullis etiam cujuslibet instituti
Religiosis aliter permitti, quàm prævio No-
stro, Nostri vè in Spiritualibus Vicarii Gene-
ralis, aut ubi id commodè fieri non poterit,
Decanorum Ruralium, vel saltem Pastorum
seu Vice-Pastorum loci, examine & permisso,
quorum erit diligenter attendere, ne quid-
quam in ejusmodi spectaculis, quod à veritate
vel pietate sit alienum, quodquè oblectet ma-
gis oculos carnis, quàm mentis exhibeatur:
vnde sæpè evenire intelligimus, ut populus
ejusmodi ludis sic absorbeat, & à verà pieta-
te abstrahatur, ut cultus & reverentia Augu-
stissimo Sacramento tunc maximè exhibenda,
non sine offendiculo, prò dolor, negligatur,
cum populus à debita ipsius ter Maximi Sacra-
menti veneratione, & oratione ad curiosum
ornatus puerilis, & quasi Comicæ cujusdam
actionis aspectum avocetur.

C A P U T VII.

§. I. **Q**Uæ de Processionibus, Supplicationi-
bus, & Stationibus ad instructionem
populi à Nobis suprà decreta sunt, ea tantò re-
ligiosius ab Ecclesiasticis personis omnibus si-
ve secularibus sive Regularibus observentur,
quantò reliquis Christianis vitæ sanctioris
professione altius eminent, ut in eos tanquam
in speculum laici oculos conjiciant, ex iisque
sumant modestiæ ac pietatis exemplum, quod
imitentur. Gravissimum enim illud offendicu-
li genus est, quod ad detestandum nomen
Domini, & exprobrandum castris Dei Israel,
veræ fidei & Catholicæ Religionis hostibus
isti præbent, qui fidei Catholicæ præcipui
culto-

*Modestia
Cleri, maxime
Sacerdos
rum processio-
nanda.*

cultores habentur, & in omni Christiani populi Processione seu supplicatione non solum ne leviter quidem offendere, sed quos omnino decebat pro culpis & offensionibus suis & aliorum omnium sua præcellenti pietate se Deo irascenti murum opponere, ejus, lacrum, sanctis Orationibus, gemitibusqueymis, atque suspiriis suis placare debuerunt.

Concil. Provin. Colon. sub Hermanno 5. part. 3. cap. 28 & 29. sub Adolpho 3. Archiepis cap. quantum in Processionibus &c pag. 452. cap. Decanis Rural pag. 413. col. 5. in princ actio. Qua in Ecclesiis Cathedral. & Colleg. inquiri debeant. pag. 481. col. 2. §. An in Processionibus, &c. actio. Qua à Decanis inquiri debeant pag. 406. §. An curati etiam, &c.

Comestationes & Convivia etiam post peractas Processiones eliminanda

§. 2. Quamobrem quod primum in Concilio Provinciali sub decessore Nostro Adolpho III. Archiepiscopo Coloniensi, nulla adjecta pœna, sancitum est: deinde in Diœcesanis synodis Coloniensibus sub eodem Adolpho III. Archiepiscopo habitis sub divini interminatione judicii prohibitum est, ut dum Processiones, seu Sanctissimo Sacramento, vel sacris Reliquiis & Imaginibus deportatis aguntur, nemo adutorum, qui hujusmodi Processionibus interfunt, esu, potu, & jejunium violet, antequam peracta cum timore Dei, piisque precibus Processione, singuli ad domos suas revertantur, ac ne tum quidem comestationibus & symposiis indulgendum esse, sed cibum parce cum gratiarum actione sumendum; ne gratiâ divinâ quam in sacris Processionibus ambiunt homines, fœda ista temulentia duplicato crimine spolientur. Id verò ne suo exemplo in mores populi inducant, Clerici & Ecclesiæ Ministri, quos dolenter intelligimus aliquando Laicos in hac re pravis moribus anteire, ita
ut etiam

ut etiam Sanctus, ad cuius honorem die Festo
ipsum Processio fuit instituta à gula populi vel
Cleri exercita vorax, vel potator alibi prover-
bio blasphemus nominetur, ut ab aliis festivitati-
bus eiusdem Sancti, vel cognominis Divi
discernatur Processionis celebritas ventri con-
secrata.

*Concil. provinc. Colon. sub Adolpho 3. Archiepiscopo cap.
nihil prope tam sanctum pag. 451. & cap. quum inter om-
nia pag. 514. & seq. & cap. septimo quia pag. 530.*

§. 3. Quod idem sub antecessoribus Nostri
Adolpho III. & Ferdinando Archiepiscopis
Coloniensibus salubriter statutum est, ne
Imagines Sacrae seculariter comptæ, nec in
Templis, nec in Processionibus tolerentur; &
ut quæ ad ornatum Supplicationum proponuntur,
ejusmodi sint, quæ oculos spectantium
non offendant: item quæcunque vel in Consti-
tutionibus Apostolicis, vel in Conciliis Pro-
vincialibus, aut synodis Diocesanis Coloni-
ensibus aliisque sanctionibus hac de re consti-
tuta sunt, singuli Ecclesiarum tam secularium,
quàm Regularium Prælati, Rectores ac supe-
riores qualescunque à Clero & populo sibi
subjecto exactissimè fatagant observari.

*Observanda
Constitutio-
nes Canonice
in eisdem*

*Vide supra hoc tit. cap. 2. §. 1. 2. 3. 4. 5. & seq. & cap. 3. §.
1. ac seq.*

§. 4. Curent quoque Magistratum secularem,
imminente Processionis vel Supplicationis die,
tempestivè præmoneri, si qua in re officium
ejus desideretur; vel ad cohibendam & coër-
cendam impiorum insolentiam, vel ad impedi-
endum ne in via, qua procedendum erit, escu-
lenta aut proculenta quasi Nundinarum &
mercatus tempore exponantur & vendantur;
vel ad removenda quæcunque alia, quæ ad ex-
citag-

*Magistratus
ad eorum
commodum
requirendus*

*miliani Henrici
ni Christiani po-
tione non solum
sed quos omnino
onibus suis & a-
enti pietate lese-
re, se, lac furor-
itibus queymis,
uerunt.
5 part. 3 cap. 28 &
antum in Processionibus
pag. 413. col. 5. in
al. & Colleg. inquiri
tionibus, & c. ac titul.
4. 6. §. An curant
imum in Conci-
Nostro Adolpho
si, nulla adjecta
Diocesanis sy-
m Adolpho III.
ini intermina-
tum Processio-
o, vel sacris Re-
is aguntur, ne
Processionibus
n violet, ante-
piisque preci-
mos suas rever-
cessionibus &
ed cibum parce-
um; ne gratia
onibus ambiunt
a duplicato cri-
uo exemplo in
fici & Ecclesie
gimus aliquan-
bus anteire, ita
ut etiam*

excitandam veram pietatem nihil faciunt, sed potius ad vanitatem animos relaxant, & sanctis cogitationibus avocant.

C A P V T VIII.

*Canonicarū
seu Canonis-
sarum in
Processioni-
bus cultus.*

§. 1. **Q**uod decreta Conciliorum tam Provincialium quàm Synodaliū Coloniensium vetant, ne Canonice seu Canonice Sæculares nimis exquisito utantur cultu, neve vestibus pretiosis sæculari modo comptis & ex cultis: illud præcipue in publicis Processionibus, Supplicationibus & Stationibus servari mandamus, easque in Collegijs suis veluti Scholis virtutum palæstra, omni pietate ac timore Dei ita cupimus exerceri, ut omni lascivia, superbia, ac levitate remotâ, animi demissione, modestia, verecundia, pudicitia, cæterisque virtutibus, quibus Christi sponsas ornatas esse decet, verè nobiles & illustres appareant.

Concil. provinc. Colon. sub Hermanno § part. 10. cap. 19. pag. 393. Statuta Adolphi 3. Archiepis. pag. 436. cap. 14. Statuimus & pag. 496. cap. cum hæc.

*Preparandi
sui populus
ad instantes
Supplicatio-
num dies.*

§. 2. Vnde quibuscunque malis moribus, abusibus, & corruptelis in Processionibus, Supplicationibus & Stationibus exoriri solitis, pro Archiepiscopalis Nostri Officij debito deinceps mederi cupientes, districtè præcipimus omnibus ac singulis Civitatis & Archidiocesis Nostræ Coloniensis pastoribus Vice-Pastoribus, & verbi Dei Præconibus tam Sæcularibus, quàm Regularibus, ut proximo Festo S. Marci, vel triduo Rogationum, quo statæ Processiones, decantatis Majori & Minori Lytanijs, juxta pium & laudabilem Ecclesiæ morem celebrari consueverunt: nec non festo

Cor.

Archiepiscopi Coloniensis De Processionibus. 65

Corporis Christi & alio, quo aliqua habenda erit solennis Processio, Supplicatio, seu Statio, Dominica ipsum Processionis, Supplicationis seu Stationis diem proximè antecedente, causam Processionis, Supplicationis vel Stationis ejuscemodi populo disertè exponant, erroresque & abusus in ea cavendos graviter inculcent, nec non seriò exhortentur Christi fideles, ut omnes ad profitendam fidem suam, ad celebranda Crucis Christi mysteria, ad honorandum nomen Dei sui, & ad precandum pro necessitatibus Ecclesiæ, reiç; publicæ conseruatione, magna pietate, animorumque concordia, sub Vexillo Crucis Christi pariter conveniant, consistant & procedant, atque nominatim ab abusus & vitijs in prædictis decessorum Nostrorum & his Nostris Decretis & Constitutionibus damnatis, vitato cursu, fabulis, risu, jocis, ac à quavis alia levitate, à reverentia & religione aliena sibi temperent, sed potius pijs Orationibus, Litaniarum, aliarumque precum, cantui & recitationi, & Mysteriorum, quæ in processionibus, Supplicationibus & Stationibus peraguntur, meditationi intenti, ex profundo intimoque animo divinam implorent misericordiam, *ut æmini dantes ullam offensionem, vituperationibus obloquentium non sint obnoxij*: Digna enim reprehensione ab adversarijs fidei, & Catholicæ Religionis æmulis carpentur, & eorum vitio, linguæ impie, in injuriam religionis se armabunt, si ipsorum mores in actu religionis, à puritate Christianæ professionis discrepariat.

Concil. provinc. Colon. sub Hermanno 5. part. 9. cap. 7. & 8. pag. 390. & seq. ac sub Adolpho 3. Archiepiscopo 3. cap. nihil prope tam Sanctum pag. 451. & Cap. Decanis Rurales, hujus pag. 453 & tit. quæ in Ecclesijs Cathedral. & Colleg.

*inquiri debeant. §. An in deputatione §. An unus Sancti
plures §. An in processionibus pag. 481. col. 1. in fine &
col. 2 in princ. ac tit. quæ à Decanis tam Colleg. quam Ru-
ral. de Rectoribus Ecclesiarum Parochialium inquiri de-
beant §. An curent etiam pag. 486. col. 1. circa princ. &
cap. quum inter omnia pag. 514. cap. 7 quia. & pag. 530.
Corinth. cap. 6. vers. 3. S. Leo Serm. 4. de quadrag. qui legi-
tur Dominica 1. Quadrag. in Breviario Romano Lib. 6.*

§. 3. Ut verò in Processionibus, Supplicationibus, & Stationibus omnes debito, juxta cujusque gradum, dignitatem, Statum & conditionem, ordine incedant, nec is unquam perturbetur, præsertim cum numerosiore populo constant, in singulis Collegijs, Monasterijs, ac Parochijs certi Magistri Cæremoniarum & Internuncij constituentur, qui ultrò citroque comitant, totumque Processionis, ac Supplicationis corpus conjunctum ordine certo disponant & contineant; viris Laicis in unum, fœminis in alterum cœtum distributis, ne minus decorè utriusque Cleri choro se miscant Huc valde conducunt Sodalitia, simileque pij tituli, quibus per Vexilla & imagines prælatas promiscua plebs in certas classes distinguitur, pueri ac puellæ à natu majoribus separantur & per Catecheses ac Scholas dividuntur.

*Ordo & nex-
us Proces-
sionum.*

*A Magistris
Cæremonia-
rum seu in-
ternuncijs
constituen-
dis lustran-
dis.*

*Nec non com-
ponendus &
dirigendus*

§. 4. Denique quæcunque ad majorem Processionis, Supplicationis, seu Stationis Solennitatem ac populi pietatem promovendam spectare videbuntur, iidem debita cum reverentia singulos Ordines obeundo lustrandoque omni diligentia ac sollicitudine curent.

§. 5. Præter hos singulis Collegijs & Monasterijs adsint ministri, qui Signo aliquo, cum procedendum vel sistendum fuerit, sibi mutuo indicent; ita ut priores ad posteriorum

§. An unus Sancti
481. col. 1. in fine
am Colleg. quam Ru
hialium inquiri de
l. 1. circa princ. &
quia. & pag. 330.
e quadrag. qui legi
rio Romano Lett. 6.

natura sese dirigant, omnes autem à postremo
dependeant, qui continuò apud Sanctissimum
Sacramentum remanebit : & ne hac de causa
novo graventur sumptu, poterunt Collegia
suis Virgiferis aut Custodibus: Monasteria
autem aliquibus ex suis ministris aut sacris
personis provinciam hanc demandare.

§ 6. Ne aliqui ex Processionibus, Supplica-
tionibus, vel Stationibus digrediantur, earum-
que ordinem suo discessu deforment, in usum
revocamus Statuta decessoris Nostri Frideri-
ci Archiepiscopi Coloniensis, ut nimirum dis-
tributiones, quæ ratione Processionum, Sup-
plicationum, aut Stationum dandæ sunt, non
alijs dentur, quàm qui servato legitimo Pro-
cessionis, Supplicationis, vel Stationis ordi-
ne, in ea toto Supplicationis tempore perseve-
rarint, & Ecclesiæ, in qua fit Statio, Chorum
ingressi ibidem usque ad finem officij divini
religiosè perstiterint, & divinis peractis, cum
Cruce eodem ordine, quo venerant, ad Eccle-
siam suam revertuntur; exceptis duntaxat his,
quos vel necessitas, vel alia justa causa, judi-
cio Decani & Capituli, in Domino excusarit.

Statuta VVilhelmi Archiepiscopi Colon. cap. 1. §. 11. pag.
150 col. 2. & Frederici Archiepiscopi Colon. cap. 46. & 47.
pag. 216. & Adolphi 3. Archiepisc. Colon. cap. Quanta
pag. 452. Col. 1.

C A P V T. IX.

§. 1. **C**Um in obeunda via, quam appellant,
Romana, alijsque Processionibus &
Supplicationibus publicis, per obvias Eccle-
sias transeuntibus, ut plurimum tam officia,
quæ in his Ecclesijs canuntur Divina, quàm
Sermones, qui ad populum habentur, istiusmo-
di

Constantia
ne ab Ordina
vel Statione
ante finem
recedatur.

Non turban-
da sunt offi-
cia divina
vel Sermo-
nes in Eccle-
sia, quam
Supplican-
tes adveni-
t.

B

di

majorum Pro-
tationis Solen-
tomovendam
ita cum reve-
do lustrando-
ine curent.
gijis & Monas-
liquo, cum
erit, sibi mu-
posteriorum
nuchaz

di Processionum & Supplicationum cantu & Strepitu turbari cognoverimus, neque tamen minus optemus, has non nisi congruo decentique modo & ordine cum populi fructu sine offendiculo peragi. Omnibus Pastoribus, Vice-Pastoribus, Concionatoribus, & Catechistis, aliisque Ecclesiarum sive Sæcularium sive Regularium Superioribus, & similium Processionum ac Supplicationum præfectis & moderatoribus serè mandamus, ut populorum & Supplicantium cœtum admoneant, quod licet per eas quidem Ecclesias Processionis aut Supplicationis ritu cum silentio modestiaque sine cantu & strepitu transire possint, ibique preces fundere, in quibus divina officia decantantur, si tamen in eisdem Concio, Catechesis, vel exhortatio alia habeantur, quoad ejus fieri potest, ab earum ingressu abstineant, Habeantque ad manum præfecti ministrum, qui præcedat, & quid in prænominatis Ecclesijs fiat, tempore exploret, & referat ductori vel primi Vexilli aut tituli bajulo, ut is circum Ecclesiam via commoda defleat, quò melius tota Processio seu Supplicatio dirigatur. Quam diligentiam si Processionis Rector adhibere neglexerit, potestas erit Ecclesiæ illius Præfectis, vel ministris inobedientibus hujusmodi & contemptoribus fores occludendi, ne turbaturi ingredi possint.

*Cuius cura
incumbet
Præfecto
Processionis*

§ 2. Quod si omninò Ecclesia præteriri non possit, quod tamen intra Coloniam dici non potest, unus Curatoris loco vel ipse Curator aut Præfectus Processionis vel Supplicationis præforibus Ecclesiæ impeditæ consistat, & opportunè quemlibet clarâ voce precantem vel cantantem moneat, ut ob Concionem vel divinum officium sileat prius, quam Templi fores attigerit.

CAPVT

CAPVT X.

INsuper severè prohibemus, ne Processiones lugubres de Passione Domini ulla ratione Sabbato sancto, post decantatum Alleluja instituantur, nec tempore Paschali ea gerantur, quæ hebdomadæ Sanctæ aut Quadragesimæ conveniunt, sed omnium rerum ea ratio teneatur, quam S. Mater Ecclesia, maximè Romana cunctarum Mater ac Magistra tenet & observat. Paschatis die aboleantur lugubria, quantumvis sacra signa Quadragesimæ, & vice versa tempore Passionis Domini removeantur lætitiæ festivæ, & plausus, maximè ipsa hebdomada Sancta, vitentur, & omninò spiritui sanctorum Patrum congruenter omnia temperentur.

Temporis ratio aptanda. Processionibus.

CAPVT XI.

§. 1. CVM porro Ecclesiæ Catholicæ decus non solum in Processionibus, Supplicationibus, & Stationibus ritè & rectè, ac secundum ordinem Superioribus Capitibus à Nobis præscriptum adornatis, verum etiam in respondentibus his officijs divinis atque Ecclesiasticis functionibus maximè eluceat, earumque gravi actione populi pietas foveatur, augeaturque. Idè abolitum prorsus esse volumus (si vel ex parte aliqua, alicubi in usu adhuc sit) festum Hypodiaconorum, quod stultorum vocant, omnesque nugas, levitates & abusus, qui hoc nomine in ullam Civitatis & Archidiocesis Nostræ Ecclesiam irreperunt, antiquamus.

Abrogandè hypodiacon.

§. 2. Consuetudinem quoque seu potius de-

B 2

restitu-

liani Henrici
onum cantu &
s, neque tamen
congruo decen-
buli fructu sine
storibus, Vice-
& Catechistis,
larium sive Re-
lium Processi-
ctis & modera-
opulur & Sup-
quod licet per
onis aut Suppli-
odestiaque sine
t, ibique preces
a decantantur,
echesis, vel ex
ad ejus fieri po-
ant. Habeant-
um, qui præce-
Ecclesijs fiat,
uctori vel pri-
is circum Ec-
t, quò melius
irigatur. Quam
ector adhibere
iæ illius Præ-
ntibus hujus-
s occludendi,
a præteriri non
niam dici non
ipse Curator
Supplicationis
onistat, & op-
precantem vel
onem vel divi-
Templi fores
CAPVT

*Puerorum
Episcopi*

restabilem corruptelam, qua pueri à die S. Nicolai, usque ad festum SS. Innocentium, personatum Episcopum suum colunt, cùm ea puerilibus levitatibus & ineptijs plena cæperit esse, multùmq; gravitatis & decoris divinis detrahat officijs, prorsus abrogamus, & abrogatam esse omninò decernimus.

*Ecclesia Sa-
turnalia.*

§. 3. Præcipuè verò sub pœna trecentorum florenorum aureorum Rhenensium, cujus dimidia pars pijs usibus Fabricæ Ecclesiæ, seu Mensæ pauperum, altera denunciatori & fisco Nostro applicabitur, aliaque graviore arbitrio Nostro delinquentibus imponenda præcipimus, ne Clerus se pueris die SS. Innocentium submittat, ac eorum locum occupet, & functiones in divinis officijs obeat, neque personatus Episcopus benedictiones aliquas faciat, aliique pueri in cantandis Horarijs precibus, lectionibus & Collectis, Sacerdotum, Diaconorum, aut Subdiaconorum officia quædam usurpent, ne se puerilis ætatis Episcopus die, quo eligitur, vel munere suo defungitur ad se ostentandum, vel colligendam pecuniam mitratus, Baculo, & ornamentis cæteris Pontificalibus decoratus, cum personatis aliquot militibus per plateas equitet. Multò minus convenit, ut Canonici & Vicarij ex Collegarum suorum numero aliquem ex ordine designent Episcopum; qui reliquos omnes, magnis impendijs, liberali convivio excipiat: ab his enim, cùm sapiant Gentilium Saturnalia, eodem mense Decembri celebrata, quibus Domini servorum, & hi vicissim Dominorum suorum locis, munijque gaudebant exiguo temporis spatio. Ab his ineptijs Christi sponsam Ecclesiam cùm deceat esse liberam, severissimè prohibemus, ne deinceps personati Episcopi

Archiepiscopi Coloniensis De Processionibus. 29

piscopi lusu cum Pontificalis dignitatis & honoris detrimento pecunia in symposia profundenda corradatur.

§. 4. Similiter gavisissimis sub pœnis veramus abusum illum, quo in pluribus Nostræ Archidiœcesis Ecclesijs Parochialibus, Fauni potius & Satyri, quàm sinceri Catholici, sub specie spargendorum inter cantillantes pueros Scholares, in secundis Vesperis Natalis Domini, bellariorum in magna quantitate poma, pira, & in eorum defectu alios Sylvestres fructus in domum Dei inferunt, seque sub divinis in ipsa Ecclesia, vel extra eam in Cœmeterio, aut alias honestas matronas & puellas, imò ipsum quandoque Parochum ipsidem petulantè, Luperconum veterum, gentiliumque more impetunt, Ecclesias quippè, quæ divino cultui deputatæ domus Dei sunt, & orationi dicatæ, maximè decet ab omnibus actibus profanis, indecoris & puerilibus immunes conservari, juxta Domini Nostri Iesu Christi eas severissimè vindicantis exemplar.

§. 5. Et quia non tantùm ridiculum, sed Religioni & factis Ordinibus probrosum est quod tempore Bacchanaliorum, vel aliàs personati Monachi vel Moniales partim veræ mendicæ, partim vagæ parentum indulgentiâ filiarum per urbem volitent, Parochi, Confessarii, Catechistæ, Parentes, ipsosque pueros ab eiusmodi illiberalibus & impijs moribus arceant, constituto etiam in contumaces, per Magistratum Secularem, justæ castigationis, pro modo culpæ, exemplo.

§. 6. Repræsentationes trium Mariarum visitantium Dominicum Sepulchrum, quæ nocte Resurrectionis Dominicæ, in quibusdam Ecclesijs fiunt. Item insolens illud tumultuarium,

*Et supersæ-
lia.*

*Antiquam
dab. i. c. ha-
nalsorum
mimesis.*

*Abrogandis
trium Ma-
riarum pe-
faculum*

rium, ut vocant, Dæmonum vel Iudæorum ex-terminium in nocte Paschæ, cum potius in ijs inveniamus, quod risum movere, pietatem impedire, sacras imagines & Ecclesiæ supellectilem deformare, quàm pietatis aliquem affectum excitare possit, volumus prorsus intermiti. Riturum verò & Ordinem servandi feria quinta, sexta & Sabbatho majoris hebdomadæ officium Divinum, quo imago Domini in crucem acti in sepulchro collocatur, eademque nocte Paschali levatur è tumulo, qui à Sancta Matre Ecclesia Catholica & Apostolica est approbatus, piè atque modo eodem volumus observari.

*nocte Pas-
chalis & cu-
multus Dæ-
monum vel
Iudæorum
expulsiō.*

§. 7. Quem etiam in finem extra Gymnasia seu Scholas, aut Sodalitatum Oratoria, nullæ impostero Comœdiæ, Tragœdiæ, Historiæ, Ludivè, Scœnæ, ejusque generis actiones tempore sacro, maximè hebdomadæ sanctæ diebus exhibeantur. Quod si ejusmodi in Gymnasijs seu Oratorijs ad promotionem divini cultus prudentes censuerint aliquando producendas, id non nisi maturo consilio superiorum, & siquidem sub dio, vel in propatulo, & promiscuè patenti loco essent extra septa exhibendæ, eæ nequaquam, nisi prius à Nobis, vel ab uno ex deputatis Nostri librorum Censoribus diligenter revisæ, atque Archiepiscopali Nostri auctoritate ordinaria approbatæ fuerint, permittantur: nec hæc tunc quidem uspiam divinorum officiorum tempore, nec in ulla Ecclesia, aliòvè loco sacro à quoquam, sub expressa suprâ pœnâ centum florenorum aureorum Rhenensium, dimidiata parte pijs usibus, Fabricæ Ecclesiæ, seu Mensæ pauperum loci, & altera denunciatori & Episcopo Nostro applicanda, aliæque graviore pro-

pro delicti qualitate Archiepiscopali Nostra
authoritate infligenda in scenam producantur.

§. 8. Sæcularium porro Spectacula, Scœnæ
& Ludi, qui in Nundinis à Circumforaneis e-
duntur, cum & pagos atque Oppida & Vrbes
ejusmodi circulatores expilent, hospites suos
& fautores decipiant, obscœnitatem & cœcæ
Inventutis illecebras inducant, vehementer in
Domino hortamur Civiles Magistratus om-
nes, ut huiusmodi nequitiis modum ac leges
severas statuunt, ipsosque si quid turpe & fla-
gitiosum induxerint gravissimè mulctent,
Fisco cunctis eorum instrumentis & lucris ap-
plicatis, imò personis eorum, si opus sit, ap-
prehensis, & pro modo delicti castigatis, præ-
fertim cum eiusmodi Histriones tacito vel ex-
presso cum dæmone pacto spectantium ocu-
los fascinent, vel suos fucos præstigiis perni-
ciosis vendant. In quorum fidem præsentis li-
teras propriâ manu Nostrâ subscriptas figilli
Nostrî appensione jussimus communiti Data
in Oppido Nostro Bonnæ die 24. Septembris
1651.

*Nec in Nundinis ad-
mittendi.*

Supra hac part. 1. cap. 8. §. 4.

**Maximilianus Henricus Arch-
episcopus Coloniensis.**

Loco † Sigilli

*Vt Georgius Paulus Stravius
Episcopus Ioppensis Suffraganeus
Coloniensis.*

*B. Holbeck. Secret.
DE*